



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Index Et Ordo Disputationum, Sectionum, Et Conclusionum, Quæ in hac
Secunda Parte continentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73377)



INDEX ET ORDO
DISPUTATIONUM,
SECTIONUM,
ET
CONCLUSIONUM,
Quæ in hac Secunda Parte continentur,

DISPUTATIO IV.
DE AVGVSTISSIMO EVCHARISTIÆ
SACRAMENTO.

SECTIO PRIMA.

DE Institutione, & Essentia Eu-
charistiæ.

- CONCL. I. Eucharistia est verum & propriè di-
ctum Sacramentum novæ Legis à cæteris om-
nibus distinctum, eisque præstantius. pag. 3.
CONCL. II. Sacramentum Eucharistiæ Christus
instituit ad finem lunæ decimæ quartæ mensis
Nisan, quando juxta legis præscriptum, etiam
à cæteris isto anno observatu necessarium,
Agnum Paschalem comederat. pag. 4.
CONCL. III. Sacramentum Eucharistiæ Christus
instituit post lotionem pedum sub cœnâ usuali,
si illam adhibuerit. pag. 13.
CONCL. IV. Essentiam Eucharistiæ, ut est Sacra-
mentum permanens, absolvunt species; ut est
Sacramentum transiens, præter species essen-
tialia sunt, Corpus & Sanguis Christi;
Consecratio; forè etiam sumptio. pag. 16.
CONCL. V. Species panis & vini sunt Sacramen-
tum specie unum, unitate integritatis, non in-
divisibilitatis. pag. 25.
CONCL. VI. Sacramentum Eucharistiæ multipli-
catur numero penes multiplicationem specie-
rum, factam etiam post Consecrationem. p. 27.

SECTIO II.

De Materia Eucharistiæ. pag. 31.

- CONCL. I. Materia essentialis Eucharistiæ ex qua,
ut termino à quo, conficitur Corpus Christi,
est panis triticeus usualis. pag. 32.
CONCL. II. De necessitate panis consecrabilis non
est, quòd sit azymus, neque quòd sit fermenta-
tatus. Equidem in Ecclesia Occidentali præ-
cipitur azymus, in Orientali fermentatus. p. 34.
CONCL. III. Sacerdos peregrinus potest, non de-
bet, se conformare in consecrando panem azy-
mum, aut fermentatum Ecclesiæ in qua pere-
grinatur. Latinum non posse, ad communican-
dum infirmum, celebrare in fermentato in pro-
pria Ecclesia, probat auctoritas; at ratio favet
opposito. pag. 35.
CONCL. IV. Materia essentialis Consecrationis
Sanguinis est vinum de vite. Valet mustum,
aut vinum actu congelatum; secùs succus avis
inclusus. pag. 39.
CONCL. V. Ex solo præcepto Ecclesiæ, vino con-
secrando miscenda est in calice modicissima
aqua, sub gravi obligatione. pag. 43.
CONCL. VI. Aqua, vino in calice admixta, non
convertitur in Sanguinem, nisi priùs fuerit con-
versa in vinum. pag. 47.
CONCL. VII. Debet materia ab initio ita esse
præsens, ut per sola verba essentialia formæ
possit demonstrari. Taliter præsentès sunt ho-
stie in pixide, etiam clausa; secùs in Sacratio,
aut latentes post tergum, parietem, vel sub
mappa Altaris, imò etiam longius distantes,
quamvis visu percipi possint. pag. 66.
* 2

CON

INDEX DISPUTATIONUM.

- CONCL. VIII. Non est necesse, ut materia Consecrationis aliquo sensu externo actu cognoscatur à consecrante, dummodò per se sensibilis sit, saltem secundùm majorem sui partem. pag. 69.
- CONCL. IX. Qui initio Sacri constituit plures hostias consecrare, licet tempore Consecrationis solum cogitaverit de una, quam tenebat manu, reliquas tamen consecravit. Similiter guttæ interiùs calici adhærentes consecrantur, nisi per particularem intentionem excludantur. pag. 72.
- CONCL. X. Non oportet, ut Sacerdos possit humano modo discernere materiam consecrandam ab omni alia; adeoque si una hostia consecrata pluribus non consecratis admixta sit, posset eà exceptâ, quamvis nesciat, quanam sit, cæteras omnes validè & licitè consecrare. Similiter unam solum consecratam, pluribus consecratis immixtam. Uti & validè consecratur una ex multis, quam alius mente designat. pag. 74.
- CONCL. XI. Parvitas, vel magnitudo materiæ, per se non officit Consecrationi. Equidem particula se sola insensibilis, licet aliis conjuncta, & cum illis, & sine illis validè consecratur; secùs tamen si sit separata, quamquam per separationem, & insensibilitatem consequentem, non amittat Consecrationem. pag. 77.

SECTIO III.

De forma Eucharistia. pag. 80.

- CONCL. I. Forma Consecrationis Corporis essentialiter consistit in his solis verbis: *Hoc est Corpus meum.* ibid.
- CONCL. II. Forma Consecrationis Sanguinis essentialiter consistit in his solis verbis: *Hic est calix Sanguinis mei* (aut aliis æquivalentibus) ita ut verba subsequencia: *Novi & æterni Testamenti* &c. quamvis cum illis integrent unam propositionem, non propterea essent essentialia. pag. 87.
- CONCL. III. Verba Consecrationis proferri debent de necessitate Sacramenti enuntiativè in persona Christi: jam etiam proferuntur recitativè. pag. 95.
- CONCL. IV. Voces *Hoc*, & *Hic*, tenent se in propositione ex parte subjecti. Sumuntur substantive. Demonstrant autem singulare entis. pag. 100.
- CONCL. V. Conjunctio, *Est*, in forma Consecrationis significat identitatem inter subjectum demonstratum per pronomen, *Hoc*, & prædicatum, *Corpus meum*; similiter inter subjectum demonstratum per pronomen, *Hic*, & prædicatum, *Calix Sanguinis mei*, vel, *Sanguis meus*, significat, inquam, practicè pro instanti completa prolationis orationis. pag. 104.
- CONCL. VI. Non operatur forma Consecrationis ut vera, vel ut falsa, sed ut significativa. p. 107.

- CONCL. VII. *Ly Corpus* significat compositum ex materia & forma corporeitatis. *Ly Sanguis* liquorem istum, qui hoc nomine vulgò intelligitur, scilicet substantia, quæ generatur à nutrimento assumpto, & est proximum convertendum in carnem. *Ly Meum* determinat Corpus, & *ly Mei* Sanguinem, significantque relationem partis ad totum, scilicet Christum. pag. 110.

SECTIO IV.

De præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Sacramento Eucharistia. pag. 115.

- CONCL. I. In sanctissimo Eucharistia Sacramento, id est, sub speciebus panis & vini consecratis, verè, realiter, & substantialiter continetur Corpus & Sanguis Christi. pag. 115.
- CONCL. II. Transsubstantiatio panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi, manentibus dumtaxat speciebus panis & vini, fide certa est. pag. 126.
- CONCL. III. Transsubstantiatio, quâ tota substantia panis & vini convertitur in totam substantiam Corporis & Sanguinis Christi, ex solo sensu speculativo formæ non demonstratur. p. 131.
- CONCL. IV. Ad transsubstantiationem talem, qualem Ecclesia Catholica agnoscit in Eucharistia, nequaquam requiritur nova Corporis & Sanguinis Christi productio. pag. 137.
- CONCL. V. Ad transsubstantiationem sufficit adductio, id est, productio præsentialitatis. p. 142.
- CONCL. VI. In almo Eucharistia Sacramento, & quidem in qualibet specie, est totus Christus secundùm Corpus, Sanguinem, animam, & Divinitatem. pag. 151.
- CONCL. VII. Ex vi verborum sub specie panis ponitur Corpus, sub specie vini, Sanguis; de factò ille solus, quem Christus habet in cælo, in triduo mortis (incertum an valisset consecratio) fuisset positus etiam ille, qui non erat in Corpore. pag. 152.
- CONCL. VIII. Vi naturalis concomitantia existit sub specie panis Sanguis, sub specie vini Corpus, sub utraque anima cum omnibus perfectionibus à loco absolutis: unio quoque hypostatica, & illâ mediante Divinitas, imò tota Trinitas. In triduo mortis sub specie panis fuisset aliquis Sanguis, sub specie vini totum Corpus, sub utraque Divinitas, sub neutra anima. pag. 154.
- CONCL. IX. Totus & integer Christus existit sub quavis speciei parte, fortè etiam sub indivisibilibus (si dentur) tam antè, quam post divisionem. pag. 167.
- CONCL. X. Præsentia sacramentalis non supponit simpliciter necessariò existentiam, seu modum existendi naturalem; proinde potuit Christus priùs sacramentaliter existere, quàm circumscriptivè,

scriptivè, priùs in Sacramento, quàm in Virginitatis utero. pag. 171.
 CONCL. XI. Consecratio unius speciei non dependet necessitate Sacramenti à Consecratione alterius, bene necessitate præcepti, tum Ecclesiastici, tum Divini. pag. 176.

SECTIO V.

De Actionibus & Passionibus Eucharisticis. pag. 181.

- CONCL. I. Omnis operatio immanens, quæ primò inest Christo in Cælo, inest eidem concomitantè in Sacramento. ibid.
 CONCL. II. Christo in Sacramento primò inest intellectio & volitio; incertum an etiam sensitio. pag. 184.
 CONCL. III. Christus ut in Sacramento agere potest actione physicâ transeunte in passum externum. pag. 186.
 CONCL. IV. A nullo agente creato physicè movetur Corpus Christi in Eucharistia motu locali proprio, aut simili, per se, vel per accedens. pag. 189.
 CONCL. V. Intellectus creatus independens à sensibus potest Christum in Eucharistia naturaliter videre. pag. 192.
 CONCL. VI. Oculus corporeus nequit videre Corpus Christi, prout est in Sacramento. p. 196.

SECTIO VI.

De Speciebus Eucharisticis. pag. 200.

- CONCL. I. Consecratione peccatâ remanent accidentia panis & vini sine subjecto. pag. 201.
 CONCL. II. Accidentia in Eucharistia existunt propriâ existentia; idque sine aliquo novo modo positivo superaddito. pag. 206.
 CONCL. III. Non est improbableè, accidentia in Eucharistia existere sine potentiori Dei influxu. pag. 208.
 CONCL. IV. Accidentia panis & vini possunt in Sacramento exercere easdem operationes tam reales, quàm intentionales, quas poterant exercere, dum erant in subjecto. pag. 209.
 CONCL. V. Accidentia in Eucharistia eadem participantur, quæ antea. pag. 213.
 CONCL. VI. Tandiu sub speciebus Eucharisticis manet Christus, quamdiu mansisset substantia panis & vini. pag. 218.
 CONCL. VII. Quando taliter alterantur species consecratæ, ut amplius non maneres substantia panis & vini, redit substantia composita ex priori materia, & nova forma substantiali; idque in instanti corruptionis, & immediatè à Deo. pag. 223.
 CONCL. VIII. Mutationes miraculosæ, quæ fiunt circa Eucharistiam, aliquando veræ sunt, aliquando tantùm apparentes; equidem ordinariè

non est vera Christi Caro, vel verus Christi Sanguis, qui apparet; neque semper sub illis permanet Christus sacramentaliter. p. 230.
 CONCL. IX. Factâ miraculosâ mutatione circa species non obligatur Sacerdos ad sumptionem, vel novam Consecrationem: equidem consulitur nova Consecratio. pag. 232.
 CONCL. X. Sacramentum Eucharistiæ est adorandum cultu latriæ, qui soli Deo debetur. p. 234.

SECTIO VII.

De Effectu Sacramenti Eucharistiæ. pag. 237.

- CONCL. I. Præcipuus fructus, sive effectus Eucharistiæ est augmentum gratiæ sanctificantis, per modum spiritualis nutritionis. pag. 237.
 CONCL. II. Eucharistia liberat à culpis quotidianis, & præservat à peccatis mortalibus. p. 238.
 CONCL. III. Eucharistia nullum effectum immediatum habet in corpore. pag. 242.
 CONCL. IV. Eucharistia confert gratiam cum perfectè manducatur, & non antea. pag. 244.
 CONCL. V. Verisimile est Eucharistiam posse operari toto illo tempore, quo manet in stomacho incorrupta, si immutetur & crescat dispositio sumentis. pag. 245.
 CONCL. VI. Probabile est utramque speciem Eucharistiæ conferre majorem gratiam, quàm singulæ seorsim. pag. 249.

SECTIO VIII.

De Necesitate Communionis. p. 254.

- CONCL. I. Communio non est necessaria ad salutem necessitate mediæ. ibid.
 CONCL. II. Datur præceptum divinum Communionis. pag. 258.
 CONCL. III. Præceptum divinum Communionis obligat omnes adultos ratione utentes. p. 261.
 CONCL. IV. Præceptum divinum Communionis obligat solos adultos ratione utentes; estò fructuosè suscipiatur à parvulis, & perpetuò amentibus. pag. 263.
 CONCL. V. Lapsis in phrenesim, vel amentiam, non est in articulo mortis Communio deneganda: quemadmodum nec energumenis, vel à nativitate surdis, & mutis. pag. 267.
 CONCL. VI. Pueris, qui sunt doli capaces, in articulo mortis non est Communio deneganda. pag. 268.
 CONCL. VII. Præceptum divinum Communionis videtur per se & ratione sui tantùm semel in vita obligare, ita ut ei satisfiat quancumque communicetur. pag. 271.
 CONCL. VIII. Divinum præceptum Communionis non obligat laicos, & Clericos extra Sacrificium ad sumptionem utriusque speciei. pag. 275.

SECTIO

SECTIO IX.

*De Præcepto Ecclesiastico Communio-
nis.* pag. 282.

- CONCL. I. Omnes & soli baptizati postquam ad annos discretionis pervenerint, tenentur jure Ecclesiastico singulis annis communicare, ad minus in Pascha. pag. 283.
- CONCL. II. Prævidens impedimentum debet prævenire Communionem annuam, si obliget, secus Paschalem. pag. 284.
- CONCL. III. Qui vel ob impedimentum, vel ex malitia, aut negligentia non communicavit in Paschate, non tenetur proximâ opportunitate. pag. 288.
- CONCL. IV. Utrique præcepto Communio- nis, tum Divino, tum Ecclesiastico, satisfi- pe per Communionem sacrilegam. pag. 290.
- CONCL. V. Omnes Fideles præcepto Ecclesiastico tenentur communicare in articulo mortis. pag. 293.
- CONCL. VI. Qui paucis antè diebus nihil minùs cogitans quàm de morte, communicavit ex devotione, non tenetur accipere aliud Viaticum. pag. 295.
- CONCL. VII. Qui manè communicavit ex devo- tione, non potest eadem die post meridiem accipere Viaticum. pag. 297.

SECTIO X.

De Dispositione spiritali suscipientis. pag. 299.

- CONCL. I. Ad dignam susceptionem hujus Sacra- menti per se requiritur status gratiæ. ibid.
- CONCL. II. Qui existens in statu peccati mortalis, & non jejunius, vel excommunicatus sumit Eu- charistiam, peccat duplici peccato in Con- fessione explicando. pag. 300.
- CONCL. III. Conscijs sibi peccati mortalis tenetur Communioni præmittere Confessionem sa- cramentalem: quod jure divino, non satis pro- batur. pag. 302.
- CONCL. IV. A præcepto Confessionis excusat grave incommodum proprium, vel alienum. pag. 307.
- CONCL. V. Habens peccatum reservatum, & aliud mortale non reservatum tenetur ante Commu- nionem confiteri inferiori: equidem satisfacit confitendo non reservatum. pag. 310.
- CONCL. VI. Conscijs sibi peccati mortalis non potest communicare sine prævia Confessione ad implendum præceptum Communio- nis Pas- schalis: neque Sacerdos sic celebrare (nisi ra- tione officii obligetur) ut ipse, aut alius audiat Sacrum in die Dominico, aut Festo. pag. 313.
- CONCL. VII. Qui omisit inculpabiliter in Con- fessione aliquod mortale, tenetur ad iteratam Confessionem; sed quod ante proximam Com- munionem, non facillè evincet. pag. 315.

- CONCL. VIII. Solus Sacerdos, qui urgente ne- cessitate absque prævia Confessione celebravit, confiteri debet quamprimum; v. g. intra tri- duum. Talis non est qui recordatur mortalis tempore Sacri. pag. 318.
- CONCL. IX. Carentia peccatorum venialium, tum actualium, tum habitualium, utilis valde est ad effectum Eucharistiæ; sed minime necessa- ria. Equidem peccat veniali sacrilegio, qui accedit cum veniali actuali deliberato, vel plu- ribus habitualibus non retractatis. pag. 322.
- CONCL. X. Quotidiana Communio non est om- nibus justis indifferenter permittenda, nec et- iam neganda. pag. 327.

SECTIO XI.

*De Dispositionibus requisitis ex parte
corporis.* pag. 332.

- CONCL. I. Pollutio mortalis expiata per Con- fessionem, per se non impedit Communionem, bene per accidens. ibid.
- CONCL. II. Ad Communionem prærequiritur jejunium naturale sub mortali. pag. 335.
- CONCL. III. Jejunium violat minimus cibus, vel potus ore exteriori sumptus, & transmissus ali- ter, quàm per modum salivæ, aut respiratio- nis. pag. 337.
- CONCL. IV. Jejunium naturale præcipitur hodie observari ab hora duodecima nocturna morali- ter. pag. 341.
- CONCL. V. Licet sequi unum ex horologiis vulgè exactis. pag. 343.
- CONCL. VI. Certus se comedisse, dubitans an post mediam noctem licet communicare. pag. 346.
- CONCL. VII. Excusat à præcepto jejunii necessi- tas vitanda infamiae, & Sacrificii perficiendi. pag. 350.
- CONCL. VIII. A præcepto jejunii excusat necessi- tas accipiendi Viatici. pag. 356.
- CONCL. IX. Valde probabile est, & tutum in praxi, posse infirmum durante eodem periculo mortis sæpius communicare non jejunum; v. g. post octo, vel decem dies. ibid.
- CONCL. X. Probabile est Sacerdotem non jeju- num posse celebrare ad dandum Viaticum alteri moribundo, maxime quando per alia Sacra- menta non posset infirmo subveniri. pag. 358.

SECTIO XII.

De distributione Eucharistiæ. pag. 361.

- CONCL. I. Solus Sacerdos ex officio dispensat Eucharistiam. Ut licitè, requiritur jurisdictio. Equidem sufficit licentia præsumpta. ibid.
- CONCL. II. Sacerdos sicut cæteris, ita sibi ipsi, etiam extra Sacrificium, administrat Eucharis- tiam ex officio; & potest ministrare, nisi adsit alius Sacerdos potens, & volens ministrare. pag. 364.

CON-

- CONCL. III. Eucharistiæ dispensandæ officium non sibi soli Sacerdoti Christus commisit, ut dispensationem aliis committi prohibuerit. Quare Sacerdote iustâ de causa committente, potest illum dispensare Diaconus. pag. 366.
- CONCL. IV. In extrema necessitate, si Sacerdos non valeat, aut irrationabiliter invitus non velit ministrare Viaticum, poterit id facere Diaconus, etiam sine mandato Sacerdotis, ex presumpsa facultate Superioris. pag. 367.
- CONCL. V. Clericis Diacono inferioribus, & à fortiori laicis, non potest ordinariè committi dispensatio hujus Sacramenti. Equidem in articulo mortis, deficiente Sacerdote, & Diacono, potest etiam laicum, secluso scandalo, porrigere Viaticum ex licentia Sacerdotis expressa vel presumpsa, multis non videtur improbabile. pag. 368.
- CONCL. VI. Religiosi Mendicantes possunt mi-

- nistrare Eucharistiâ omnibus & singulis Christi fidelibus, quocumque anni tempore, præterquam in Festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ, & mortis articulo. pag. 371.
- CONCL. VII. Peregrinos posse accipere Communionem Paschalem in Ecclesiis Mendicantium, probabilius docent Recentiores Theologi. pag. 373.
- CONCL. VIII. Concessâ alicui facultate administrandi Sacramentum Pœnitentiæ, non censetur eidem concessâ facultas administrandi Eucharistiâ; & per consequens habitâ facultate ad eligendum Confessorem, nequaquam intelligitur etiam habitâ ad eligendum ministrum Eucharistiæ, seu ad suscipiendum hoc Sacramentum à quocumque Sacerdote voluerit. pag. 375.
- CONCL. IX. Sacerdos ex rationabili causa potest communicare volenti dare partem hostiæ suæ. pag. 377.

DISPUTATIO V.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

SECTIO PRIMA.

DE Natura & essentia Sacrificiî pag. 380.

- CONCL. I. Sacrificium propriè dictum est immutatio rei sensibilis legitimè instituta in protestationem summi Domini Dei in vitam & mortem. pag. 381.
- CONCL. II. Missa continet verum, & proprium novæ legis Sacrificium, oblatum & institutum à Christo in ultima Cœna. pag. 385.
- CONCL. III. Sacrificium novæ Legis consistit essentialiter in sola consecratione, idque unius speciei, quam consecratio alterius, & sumptio utriusque jure divino integraliter complent. pag. 389.
- CONCL. IV. Perfici debet Sacrificium, minimè refici, quando unius speciei consecratio defuit. pag. 399.
- CONCL. V. Principalis hostia Sacrificiî incruenti novæ Legis est Corpus & Sanguis Christi: hostia secundaria panis & vinum. pag. 401.

SECTIO II.

De Ministro Sacrificiî novæ Legis. pag. 403.

- CONCL. I. In omni Sacrificio Missæ Christus est principalis offerens. ibid.
- CONCL. II. In Sacrificio Missæ proximus offerens est Sacerdos. pag. 404.
- CONCL. III. Solus Sacerdos est validus minister Sacrificiî novæ Legis. Laici in vero sensu, licèt

- minùs propriè, dicuntur offerre Sacrificium. pag. 407.
- CONCL. IV. Omnis Sacerdos bonus juxta ac malus, schismaticus, hæreticus, excommunicatus, suspensus aut degradatus, validè consecrat & offert Sacrificium. pag. 410.
- CONCL. V. Semper validè, sæpè etiam licèt, plures Sacerdotes simul consecrant eandem hostiam. pag. 413.

SECTIO III.

De his pro quibus hoc Sacrificium offerri potest. pag. 416.

- CONCL. I. Sacrificium Missæ potest offerri pro omnibus baptizatis vivis, qui non sunt præcisi ab Ecclesia. pag. 416.
- CONCL. II. Sacrificium Missæ offerri potest pro Catechumenis, & aliis Infidelibus non baptizatis, prodestque illis per modum impetrationis. pag. 417.
- CONCL. III. Non licet offerre Sacrificium nomine Christi; vel Ecclesiæ pro excommunicatis non toleratis, nisi in generali pro totius mundi salute. Valet tamen quod aliter nomine Christi gestum fuerit: uti etiam valet & licet quod Sacerdos nomine suo facit. pag. 424.
- CONCL. IV. Probabile est quodd licet offerre Sacrificium nomine Ecclesiæ pro excommunicatis toleratis. pag. 426.
- CONCL. V. Potest aliquo modo offerri Sacrificium pro Beatis. pag. 429.
- CONCL. VI. Sacrificium nullo modo potest offerri pro Damnatis. Ritè offertur pro animabus in Purgatorio existentibus. pag. 430.

SECTIO IV.

De effectu & valore Sacrificii. p. 435.

- CONCL. I. Sacrificium Missæ habet aliquem effectum ex opere operato, aut quasi. *ibid.*
- CONCL. II. Sacrificium non causat immediatè & opere operato gratiam sanctificantem, neque remittit peccata venialia. *pag. 436.*
- CONCL. III. Sacrificium novæ Legis tollit immediatè & infallibiliter pœnas temporales, tam vivorum, quàm defunctorum peccatis remissis debitas. *pag. 439.*
- CONCL. IV. Valet Sacrificium Missæ non tantum ad impetranda bona spiritalia, v. g. Castitatem, aliasque virtutes, & avertenda mala opposita, ut peccata, tentationes, & infestationes Dæmonum &c. sed etiam ad temporalia beneficia spiritalibus subservientia obtinenda, v. g. sanitatem, aëris clementiam, frigus &c. & incommoda opposita avertenda, ut infirmitatem, sterilitatem &c. *pag. 441.*
- CONCL. V. Ad consequendum specialem, seu medium fructum Sacrificii, requiritur applicatio Sacerdotis. *pag. 444.*
- CONCL. VI. Valeret applicatio Sacrificii quoad fructum medium esdò fieret contra mandatum Superioris; aut aliunde illicitè contra Justitiam, Votum, Charitatem &c. *pag. 447.*
- CONCL. VII. Sacrificium quò impetratorium æquè valet multis, atque uni, si pro singulis explicitè oretur. *pag. 449.*
- CONCL. VIII. Effectus satisfactionis, quem habet Sacrificium Missæ ex opere operato, eò minor est in singulis, quò pro pluribus offertur. *pag. 451.*
- CONCL. IX. Ad percipiendum fructum Sacrificii, non requiritur in eo, pro quo offertur, aliquis consensus, vel alia dispositio actualis. Equidem meliorem fructum recipiet pro meliori dispositione, sive actuali, sive etiam habituali. *pag. 456.*

SECTIO V.

De solemnibus Missæ Sacrificii ceremoniis. *pag. 459.*

- CONCL. I. Vi Sacerdotii præcisè non obligantur sub mortali singuli Sacerdotes ullo tempore celebrare. *pag. ibid.*
- CONCL. II. Pastores & alii curam habentes animarum, tenentur sub mortali celebrare per se, vel per alios in sua Parochia illis diebus, quibus subditi obligantur audire Sacrum: interim nec his, nec aliis diebus tenentur subditis applicare specialem fructum Sacrificii, præcisè ex vi pastoralis officii. *pag. 464.*
- CONCL. III. Sacerdos applicans alicui specialem fructum Sacrificii, licitè accipit stipendium titulo sustentationis, aut laboris extrinseci, illicitè ut pretium laboris intrinseci. *pag. 468.*

CONCL. IV. Pacisci de stipendio, alioquin iusto, ante celebrationem Missæ, non videtur illicitum ex jure naturæ. *pag. 472.*

CONCL. V. Plura stipendia accipere pro una Missa prohibet jus naturæ, non tantum divitibus, sed etiam pauperibus. *pag. 474.*

CONCL. VI. Ex natura rei potest Sacerdos ab uno, vel à diversis tot parva stipendia accipere, quæ justæ elemosynæ æquivalent, & unum tantum pro omnibus illis Missæ Sacrificium offerre. *pag. 481.*

CONCL. VII. Non potest Sacerdos absque peccato mortali notabiliter diù differre celebrationem Missarum, pro quibus recepit stipendium, absque consensu illorum, à quibus recepit. *pag. 491.*

CONCL. VIII. Peccat mortaliter, qui omittit unam Missam pro qua accepit stipendium, & tenetur stipendium restituere. *pag. 493.*

CONCL. IX. Rector Ecclesiæ Collegiæ peccat mortaliter, si aliquo die non curet legere Missam. *pag. 497.*

CONCL. X. Quando Fundator, vel quicumque Missas, elargitâ stipe, postulat, eligit talem Ecclesiam, Capellam, Altare v. g. privilegiatum, principaliter, ut ibi Præsentia, seu Officiatura Missæ adsit, peccatum est, ex genere suo mortale alicui celebrare. Sin verò principalis finis sicut Missæ applicatio, non est peccatum mortale alicui celebrare; immo nec veniale quidem, quando constat non curari nisi de applicatione. *pag. 500.*

CONCL. XI. Sacerdos Beneficiatus, Capellanus, sive alio quopiam titulo obligatus toto anno Missas quotidie per seipsum celebrare; potest intermittere seu vacare semel in hebdomada. *pag. 503.*

CONCL. XII. Capellania sacerdotalis potest conferri Clerico non Sacerdoti, qui infra annum potest Sacerdos ordinari. *pag. 507.*

CONCL. XIII. Peccat ex genere suo mortaliter qui obligatus celebrare per seipsum, celebrat sine justa causa per alium; communiter tamen non tenetur ad restitutionem. *pag. 508.*

CONCL. XIV. Peccat Capellanus, & tenetur ad restitutionem stipendii, si eodem die, quo celebrare obligatur, apponat impedimenta voluntaria obstantia Sacrificio. Item si non removeat similia impedimenta quando commode potest. *pag. 511.*

CONCL. XV. Licet quotidie celebrare, excepto die Veneris Sancto. *pag. 512.*

CONCL. XVI. Non licet eidem Sacerdoti plures Missas eodem die celebrare, præterquam in natali Domini, & casu necessitatis. *pag. 514.*

CONCL. XVII. Sufficit Missam finire in aurora, & ante meridiem esse inceptam. *pag. 519.*

CONCL. XVIII. Peccat mortaliter, qui celebrat in loco interdito. *pag. 526.*

CONCL. XIX. Ex parte loci propriè dicti requiritur appositio convenientis dispositionis, scilicet quod sit sanctificatus. *pag. 537.*

CON-

INDEX DISPUTATIONUM.

- CONCL. XX. Ad Sacrificium Missæ licitè offerendū requiritur Altare lapideum Chriftianis unctiōe benedictum ab Episcopo, vel ex commiffione solius Pontificis à simplici Sacerdote. p. 542.
- CONCL. XXI. Altare oportet esse ornatum duabus mappis lineis, ubi moris est, benedictis; insuper Corporali de sindone munda. Accedat lamen, saltem unicum, liber Missalis, & Crux. pag. 551.
- CONCL. XXII. Ad licitè celebrandum requiritur calix & patena, quæ debent esse de auro, vel argento, vel ubi paupertas cogit, ad minus de stanno. pag. 557.
- CONCL. XXIII. Calicem (& eadem ratio est patenæ) in quo legitime valeas celebrare, oportet esse consecratum ab Episcopo, vel alio, cui à Pontifice fuerit hoc privilegium concessum. pag. 559.
- CONCL. XXIV. Calix & patena amittunt suam consecrationem, quando adeo immutantur, sive per fractionem, sive diminutionem, aut alio quocumque modo, ut jam inepta sint ad usum Sacrificii absque novo artificio. Non ergo quando de novo inaurantur, minus quando perdunt per longum usum inaurationem, quæ erat tempore consecrationis. pag. 562.
- CONCL. XXV. Prohibetur laicis, quin & Clericis, Diacono inferioribus, tangere sacra vasa, quando actu continent sacram. Eucharistiam. Quando autem nec continent, nec aliquando continuerunt, immo tamen aliquando contraxissent, nullum est peccatum nudâ manu tangere ciboria, pixides, sphaeras, vel lunulas, est sicut benedicta; neque peccatum mortale citra contemptum tangere calicem, aut patenam, immo si subit causa nec veniale. An sine causa sit veniale, dubium est, quando fieret extra ministerium sacrum. pag. 565.
- CONCL. XXVI. Ad ritè celebrandum requiruntur sex instrumenta, videlicet Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Casula, sive Planeta, idque sub mortali, nisi parvitas materis, vel aliqua necessitas excuset. p. 570.
- CONCL. XXVII. Vestes Sacerdotales debent benedici juxta ritum, qui præscribitur in Pontificali Romano, idque à legitimo ministro, id est, ab Episcopo, vel aliis habentibus à Pontifice facultatem. pag. 573.
- CONCL. XXVIII. Amittunt vestes Sacerdotales suam benedictionem, quando ita franguntur, ut jam sint ineptæ ad suum consuetum usum. pag. 577.
- CONCL. XXIX. Non licet sacra vasa, aut vestes transferre ad usum profanum; bene è contra vestes, vasaque profana applicare usibus sacris. pag. 580.
- CONCL. XXX. Nudis pedibus celebrare nullum est peccatum; neque mortale citra scandalum & contemptum, celebrare cooperto capite ex aliqua infirmitate, vel simili causâ, saltem usque ad consecrationem. pag. 582.
- CONCL. XXXI. Debet adesse, qui ministret sacrificanti in altari. Sufficit unus. Jus positivum prohibet feminam. Consuetudinem contrarium præscripsisse non satis constat. pag. 584.
- CONCL. XXXII. Licet multum conveniens sit ante celebrationem orationi vacare; recitando Psalmos, & Orationes, quæ ab Ecclesia præscribuntur in Missali, equidem nulla est obligatio. Idem dicendum de illis precibus, quæ vocantur gratiarum actio, immo de orationibus, quas Sacerdos recitat dum induit sacras vestes. Fortè etiam de recitatione Matutini cum Laudibus. pag. 589.
- CONCL. XXXIII. Nihil omittendum in Missa, vel addendum, præsertim quo videri possit alius ritus seu forma celebrandi. Qui secus facit, per se mortaliter peccat; fieri tamen potest ut propter parvitatem materis solum peccet venialiter. Levis materia est Canticum Angelorum, Symbolum Apostolorum, unum aut alterum nomen alicujus Sancti in Canone, Iy Enim in verbis consecrationis calicis; secus Epistola & primum Euangelium. Interim quod omisum fuerit, non est resumendum, nisi sit de necessitate Sacramenti. pag. 592.
- CONCL. XXXIV. Consultius est (seclusâ rationabili causâ) celebrare Missam, quæ unoquoque die præscribitur in Missali. Nihilominus contrarium in Missis privatis, citra scandalum & contemptum, non est illicitum, saltem mortaliter, fortè nec venialiter. pag. 599.
- CONCL. XXXV. Sacerdos recitans *Gloria*, & *Credo*, quando non sunt recitanda, aut aliquam commemorationem, ad summum peccat venialiter. Similiter qui ut privata persona ex peculiari devotione, dum secretè orat, addit Pater noster, vel Psalmum Miserere, aut quid simile. Idem sit judicium de illo, qui in Canone nominat suum Generalem & aliis nominibus Sanctorum addit nomen sui Patroni, vel Patroni loci. pag. 611.
- CONCL. XXXVI. Peccat mortaliter qui sine gravissima causa interruptit Sacrificium Missæ quoad partes essentielles, id est, Consecrationem Corporis, & Sanguinis, imò & summionem, estò tantum sit pars integralis. pag. 613.
- CONCL. XXXVII. Interruptio Missæ quoad partes accidentales, estò per se graviter sit prohibita, equidem ob multas causas licet. pag. 619.
- CONCL. XXXVIII. Per se nulla est obligatio consecrandi hostiam grandiozem. pag. 626.
- CONCL. XXXIX. Prudenter instruit Ecclesia, ut Missa non celebraretur vulgari passim lingua, & ut in Missa quædam altâ voce, quædam secretò dicerentur. pag. 628.

SECTIO FINALIS.

De Præcepto audiendi Missam. p. 634.

CON-

INDEX DISPUTATIONUM.

- CONCL. I. Ex præcepto Ecclesiæ obligantur omnes, & soli fideles, id est, baptizati, ratione utentes, singulis diebus Dominicis, & Festivis assistere integro Sacrificio. pag. 635.
- CONCL. II. Peccant mortaliter, etiam illi, qui notabili parti Missæ non interfunt. Talis pars est vel sola consecratio, vel saltem consecratio, & communio: quamquam qui illis interfuit, reliqua autem omisit, non ausim à peccato mortali excusare. pag. 638.
- CONCL. III. Non satisfacit præcepto audiendi Missam, qui simul audit plures partes diversarum Missarum, fortè nec qui successivè, pag. 641.
- CONCL. IV. Ut adimpleas præceptum audiendi Missam, perinde est privata sit, an solemnis, ubicumque celebretur (nisi obstat specialis prohibitio) à quocumque celebretur Sacerdote, Ritu Græco, an Latino, de die, sive Voriva, aut pro defunctis, quocumque situ audiatur. pag. 644.
- CONCL. V. Ad debitam auditionem Missæ requiritur presentia moralis. pag. 650.
- CONCL. VI. Ad satisfaciendum præcepto Ecclesiæ requiritur intentio, saltem virtualis, audiendi Missam, id est, offerendi Sacrificium cum Sacerdote eo modo quo potest. pag. 652.
- CONCL. VII. Non impletur præceptum Ecclesiasticum audiendi Missam sine aliqua attentione interna. pag. 659.
- CONCL. VIII. Satisfacit præcepto audiendi Sacrum, qui assistit nesciens esse diem Festum, vel sciens cum animo non implendi præceptum. pag. 653.
- CONCL. IX. Excommunicatus vel interdictus specialis aut generali interdicto excusatur ab auditione Sacri, etò sua culpa talem censuram contraxerit, nec moralem diligentiam adhibuerit, ut absolutionem censuræ consequeretur. pag. 665.
- CONCL. X. Discedens manè è loco domicilii ubi celebratur dies Festus, non tenetur audire Sacrum, etò commodè possit, si durante adhuc implendi præcepti commoditate, sit futurus in loco exempto. pag. 669.
- CONCL. XI. Qui habent privilegium audiendi Missam tempore interdicti, tenentur eam audire. pag. 671.
- CONCL. XII. Excusat ab auditione Missæ in die Festo impotentia corporalis, non tantum physica, sed etiam moralis, quando sine jactura aliquis boni, saltem medioeris æstimationis, aut sine magna difficultate, & labore Missa audiri non potest. pag. 673.
- CONCL. XIII. Excusat ab auditione Missæ in die Festo titulus Charitatis, Officii, ac justæ Obedientiæ, denique legitimæ consuetudinis. pag. 677.
- CONCL. XIV. Excusatus à consecratione, & communione, excusatur à toto. pag. 680.
- CONCL. XV. Excusatus ab auditione Missæ diebus Dominicis & Festivis, nullo jure tenetur ad orationem privatam, concionem, dilectionem Dei super omnia, contritionem, aut alia pia opera. pag. 684.

F I N I S.

C E N S U R A.

Hic Tractatus DE AUGUSTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO, ET SACRIFICIO MISSÆ, est eruditus, & prælo ac publicâ luce dignus. Datum Lovanii die 24. Septembris 1667.

JACOBUS PONTANUS S. Theol.
Doctor & Librorum Censor.

FACUL-